

sic exarsisti post me et scrutatus es omnem  
 suppellectilem meam: Quid inuenisti  
 de cuncta substantia domus tue: et do-  
 ne hic coram fratribus meis et fratribus  
 tuis: et iudicent inter me et te. Idcirco vi-  
 ginti annis fui tecum: oues tue et capre  
 steriles non fuerunt: arietes gregis tui  
 non comedi: nec caprum a bestia ostendi  
 tibi. Ego damnum omne reddebam.  
 Quicquid furtim peribat a me exige-  
 bas: die noctuque estu urgebar et gelu: su-  
 giebatque somnus ab oculis meis. Sic-  
 que per viginti annos in domo tua serui-  
 ui tibi: quattuordecim pro filiabus et sex  
 pro gregibus tuis. Immutasti quoque  
 mercedem meam decem vicibus. Fili de-  
 us patris mei abraham et timor ysaac as-  
 fuisse tibi: forsitan modo nudum me  
 dimisisses. Afflictionem meam et labores  
 manuum mearum respexit dominus:  
 et arguit te heri. Respondit ei laban: Fi-  
 lie mee et filij et greges tui et omnia que  
 cernis mea sunt. Quid possum facere fi-  
 liis et nepotibus meis: Veni ergo et in-  
 eamus sedus: ut sit testimonium inter  
 me et te. Tulit itaque iacob lapidem et ere-  
 xit illum in titulum. Dixitque fratribus suis  
 Affixere lapides. Qui congregantes fece-  
 runt tumulum: comederuntque super eum.  
 Quem vocauit laban tumulum testis  
 et iacob aceruum testimonij. vterque iuxta  
 proprietatem lingue sue. Dixitque laban: Tu-  
 mulus iste testis erit inter me et te hodie.  
 Et idcirco appellatus est nomen eius gala-  
 ad. i. tumulus testis. Et adiecit laban:  
 Intueat et iudicet dominus inter nos quoniam re-  
 cesserim? a nobis si affixeris filias me-  
 as et si introduxeris alias uxores super  
 eas. Nullus sermonis nostri testis est abs-  
 que deo qui presens respicit. Dixitque iur-  
 sus ad iacob. En tumulus hic et lapis  
 que erexit inter me et te testis. Tumulus  
 inquit iste et lapis sint in testimonium: si  
 aut ego transiero illum pergens ad te  
 aut tu preterieris malum mihi cogitans:

Deus abraham et deus nachor iudicet in-  
 ter nos: deus patris eorum. Iurauit ergo  
 iacob per timorem patris sui ysaac: imo/  
 lantibus victimis in monte vocauit fratres  
 suos ut ederent panem. Qui cum comedis-  
 sent manserunt ibi. Laban vero de nocte  
 consurgens oscularus est filios et filias su-  
 as et benedixit illis: reuersusque est in lo-  
 cum suum.

### XXXII

**I**acob autem abiit in itinere quo  
 ceperat fueruntque ei obuiam an-  
 geli dei. Quos cum vidisset ait:  
 Castra dei sunt hec. Et appellauit nomen  
 loci illius manaim. i. castra. Misit autem  
 et nuncios ante se ad esau fratrem suum in terra  
 seyr. in regione edom precepitque eis dicens  
 sic loquimini domino meo esau. Benedictus  
 frater tuus iacob: Apud laban peregrina-  
 tus sum et fui usque in presentem diem. Da  
 beo boues et asinos et oues et suos et an-  
 cillas: mittoque nunc legationem ad domi-  
 num meum ut inueniam gratiam in conspectu  
 tuo. Reuersique sunt nuncios ad iacob. di-  
 centes: Venimus ad esau fratrem tuum. et  
 ecce properat in occursum tuum scilicet quadrin-  
 gens viris. Timuit iacob valde et per-  
 territus diuisit populum qui secum erat:  
 greges quoque et oues et boues et came-  
 los in duas turmas. dicens. Si venerit  
 esau ad unam turmam et percussit eam: alia  
 turma que reliqua est saluabit. Dixitque  
 iacob: Deus patris mei abraham et deus  
 patris mei ysaac. domine qui diristi mi-  
 hi: reuertere in terram tuam et in locum natiui-  
 tatis tue. et beneficia tibi. minor sum cunctis  
 miseratibus tuis: et veritate tua quam exple-  
 sti sermo tuo. In baculo meo transiui ior-  
 danem istum et nunc cum duabus turmis regre-  
 dior. Erue me de manu fratris mei esau  
 quia valde eum timeo: ne forte veniens  
 percunat matrem cum filiis. Tu locus  
 tuus es quod benefaceres mihi: et dilatares  
 seminem meum sicut arenam maris. que per mul-  
 titudinem numerari non potest. Cumque dux-